

varr. Suarez, Escobar. Reginald. Lazzar. Diana Rayn. Bonacina & aliis ibi citatis.

71 Mortuo Superiore etiam Papa intra terminum monitorii, seu edicti, expirat monitorium, seu edictum, sicuti etiam expirat, si Superior jurisdictionem amittat, quia mandata Superiorum expirat morte mandantis, si ve res sit integra, si ve non, quando non dantur per modum legis universalis, sed simplicis precepti, ut fit in monitorio; Cabassut. Juris canon. theor. & prax. lib. 5. cap. 15. in fin. Gratius decis. aur. lib. 4. cap. 2. num. 26. Leander de censuris tract. 4. quest. 7. n. 5. Felix Potestas loc. cit. num. 51. Pontas verb. Monitorium cas. 16. & alii.

72 Si autem censura jam fuerit contracta ante Superioris mortem, non tollitur per ejus mortem, ut tenent supracitati Doctores, sed per absolutionem, quae in monitoriis solet reservari, & a nullo potest dari, & impendi, nisi satisfacta parte, nempe nisi obediat. Qua satisfactione peracta, seu obedientia praestita etiam executor monitorium Papalium potest ab ea absolvere, ut resolutum fuisse asserunt Raynaud. & Marc. Ant. apud Barbos. cit. alleg. 96. num. 42. Et etiam Confessarii privilegiati, aut Regulares, qui satisfacta parte habent privilegia absolventi in foro conscientiae ab omnibus excommunicationibus reservatis Pontifici, exceptis sex casibus intra Italiam, & extra urbem de mandato Clementis VIII. reservatis, ut patet ex adductis sub verb. Absolutio art. 1. a num. 41. & verb. Excommunicatio art. 7. num. 2. Ab excommunicatione vero lata, & sibi specialiter reservata in monitorio ab Episcopo, non possunt Regulares absolvere sine speciali ejusdem facultate, ut patet ex adductis sub dict. verb. Absolutio art. 1. num. 42. sed potest absolvere solus ipse Episcopus, vel ejus delegatus, vel ejus successor, pro quo venit etiam Capitulum Sede vacante, & in casu appellationis potest ab ipsa absolvere Metropolitanus, & Legatus Sedis Apostolicae, & Summus Pontifex semper, ut patet ex adductis sub dict. verb. Excommunicatio art. 7. a num. 3. ad 7.

73 De Praelatis vere, & proprie nullius diocesis quaestio est inter Doctores, an concedere valeant monitoria, de quibus hoc in articulo agitur. Afirmant nonnulli, eamoti ratione, quod Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 3. de reformat. tametsi jus concedendi haec monitoria videatur concedere Episcopis, nomine tamen Episcoporum veniant & Praelati vere & proprie nullius; vide Raynaud. de monit. part. 1. cap. 1. quest. 8. tum ab eo citatos. At praevulsi opinio negativa, quam ultra allegatos ab Auctore hic num. 8. innixi pluribus resolutionibus Sacrae Congregationis ejusdem Concilii interpretis sequuntur Gallemart. ad Concil. loc. citato, Fagnan. in cap. Accedentibus num. 25. de excess. Praelat. Card. Petra ad constit. 4. Calixti III. sect. 7. num. 64. & sequent. Clement. concord. pastoral. part. 2. cap. 23. numer. 2. & seq. Utitur enim Concilium non modo dictione taxativa, sed & universali negativa: a nemine, praeter quam ab Episcopo, quae dicitio negat omnia possibilia, & magis negat, quam affirmativa affirmat. Cui ad majorem expressionem praesequitur, vigoremque addit dicitio prorsus, quae est praecisa, absolutamque excludendi voluntatem in proferente demonstrat. Quocirca, etiamsi Praelati vere & proprie nullius venire soleant nomine Episcoporum; fallit id, ubi contraria, ut hic, est voluntas loquentis.

74 ter reservata in monitorio ab Episcopo, non possunt Regulares absolvere sine speciali ejusdem facultate, ut patet ex adductis sub dict. verb. Absolutio art. 1. num. 42. sed potest absolvere solus ipse Episcopus, vel ejus delegatus, vel ejus successor, pro quo venit etiam Capitulum Sede vacante, & in casu appellationis potest ab ipsa absolvere Metropolitanus, & Legatus Sedis Apostolicae, & Summus Pontifex semper, ut patet ex adductis sub dict. verb. Excommunicatio art. 7. a num. 3. ad 7.

75 De Praelatis vere, & proprie nullius diocesis quaestio est inter Doctores, an concedere valeant monitoria, de quibus hoc in articulo agitur. Afirmant nonnulli, eamoti ratione, quod Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 3. de reformat. tametsi jus concedendi haec monitoria videatur concedere Episcopis, nomine tamen Episcoporum veniant & Praelati vere & proprie nullius; vide Raynaud. de monit. part. 1. cap. 1. quest. 8. tum ab eo citatos. At praevulsi opinio negativa, quam ultra allegatos ab Auctore hic num. 8. innixi pluribus resolutionibus Sacrae Congregationis ejusdem Concilii interpretis sequuntur Gallemart. ad Concil. loc. citato, Fagnan. in cap. Accedentibus num. 25. de excess. Praelat. Card. Petra ad constit. 4. Calixti III. sect. 7. num. 64. & sequent. Clement. concord. pastoral. part. 2. cap. 23. numer. 2. & seq. Utitur enim Concilium non modo dictione taxativa, sed & universali negativa: a nemine, praeter quam ab Episcopo, quae dicitio negat omnia possibilia, & magis negat, quam affirmativa affirmat. Cui ad majorem expressionem praesequitur, vigoremque addit dicitio prorsus, quae est praecisa, absolutamque excludendi voluntatem in proferente demonstrat. Quocirca, etiamsi Praelati vere & proprie nullius venire soleant nomine Episcoporum; fallit id, ubi contraria, ut hic, est voluntas loquentis.

76 ab eo citatos. At praevulsi opinio negativa, quam ultra allegatos ab Auctore hic num. 8. innixi pluribus resolutionibus Sacrae Congregationis ejusdem Concilii interpretis sequuntur Gallemart. ad Concil. loc. citato, Fagnan. in cap. Accedentibus num. 25. de excess. Praelat. Card. Petra ad constit. 4. Calixti III. sect. 7. num. 64. & sequent. Clement. concord. pastoral. part. 2. cap. 23. numer. 2. & seq. Utitur enim Concilium non modo dictione taxativa, sed & universali negativa: a nemine, praeter quam ab Episcopo, quae dicitio negat omnia possibilia, & magis negat, quam affirmativa affirmat. Cui ad majorem expressionem praesequitur, vigoremque addit dicitio prorsus, quae est praecisa, absolutamque excludendi voluntatem in proferente demonstrat. Quocirca, etiamsi Praelati vere & proprie nullius venire soleant nomine Episcoporum; fallit id, ubi contraria, ut hic, est voluntas loquentis.

77 Quod ait Auctor num. 12. esse monitoria illis tantum concedenda, quorum interest, id non est ita intelligendum, ut interesse petentium ipsa monitoria sit plane exploratum. Recte enim Raynaud. de monit. part. 1. cap. 1. quest. 12. "In dubio quoque (ait) potest ei concedi monitorium, si aliqui periclitaretur res, pro qua monitorium petitur, ita ut nisi tunc obtineretur monitorium, esset postea futurum, ut comperto, & declarato juridice petentis jure, dilapidata & aversa fuisset."

78 Nec est indistincte verum quod asserit Auctor numer. 21. concedi haud debere monitoria, quando personae sunt certae, propterea quod suppetunt tunc remedia ordinaria. Distinguentia enim est materia spiritualis a materia temporali, & in materia haec temporali

distingui debent persona ecclesiasticae a laicis. In materia spirituali si Episcopus opportunum id esse censuerit, poterit urgere per monitorium personam certam ad praestandum quod debet maxime ubi alia media non sint ad manum, vel difficiliora appareant. Haec enim materia quum per se & directe pertineat ad Judicem ecclesiasticum, non prohibetur ipse, uti medio efficaci, cujusmodi est monitorium, ut adigat ad praestandum circa eam quod ratio postulat: Raynaud. de Monitor. part. 1. cap. 1. quest. 8.

In materia temporali idem juris obinet, si persona sit ecclesiastica. Subest enim haec persona foro ecclesiastico. Nil propterea vetare potest quominus adigatur ea ad praestandum quod debet, adhibito valde efficaci medio, scilicet intentata per monitorium excommunicatione; Idem Auctor ubi supra. Confer etiam Suarez tom. 5. 3. part. d. 10. sect. 1. num. 13. & Avil. 2. p. cap. 5. disput. 2. dub. 1. concl. 2.

At res aliter in materia haec temporali se habet, si persona sit laica. Hoc enim in casu locum sibi vindicat, quod indistincte & male dicitur, non posse concedi monitorium ubi persona est certa. Ratio autem est, quod persona laica habet Judicem proprium, adeoque coram eo conveniri potest, & debet ubi ordinaria, ubi est certa. At quum persona, quae laesit, occulta est & incerta, tunc Judicem secularis cogitur ferriari, propterea quod vin non habet aliter urgendi conscientiam, quam per praecceptum, careque vi coactiva interius. Quapropter recurri debet ad Judicem ecclesiasticum, qui per censuram generalem etiam personas incertas potest ad officium compellere: Raynaud. ubi supra.

Vide & alia de monitoriis apud mox laudatum Auct. 83

MONOPOLIUM.

SUMMARYUM.

1. Monopolium unde dicitur.
2. Monopolium quid sit.
3. Monopolium committitur pluribus modis, qui assignantur.
4. Monopolium committitur, qui statuunt, ne quis accedere possit ad aliud molendinum, vel ad aliud furnum, quum ad illud talis domini.
5. Item Monopolium committitur lanionem, qui certam tantum quantitatem carnis ad lanienam deferunt, ut illam carius vendant.
6. Item Monopolium committunt Aromatarii statuente, quod nullus ex eis possit dare ceram haeredibus defuncti propriis exequiis, nisi prius solverint eidem aromatariis totum id quod defunctus debebat.
7. Pecuniam undique congestam ita ad se redigentes, ut quasi monopolium pecuniae facere videantur, Monopolii panis sunt puniendi.
8. Mercatores conventionem conspirantes, ut non nisi pretio summo vendant, & non nisi pretio infimo emant, Monopolium committunt, & peccant contra justitiam cum obligatione restituendi.
9. Adducuntur jura pro nostra asserione.
10. Possunt autem Principes, seu Magistratus ex justa causa licite concedere uni, vel pluribus, ut ipsi soli certa mercies vendant.
11. Immo Principes talia, & similia privilegia concedere solent, & licite possunt ad subveniendum necessitatibus urgentibus in bonum commune, si concurrant conditiones requisitae ad justum tributum, seu gabelam.
12. Subnectuntur supplementa Auctoris, ad num. 31.

MONOPOLIUM est dicitur a verbo graeco monos, quod est unum, & poleo, quod significat vendere, ut observant Sylvester in summa verb. Monopolium, Brugiot. Instit. crimin. lib. 2. tit. 16. num. 3. Ursaya Inst. crim. lib. 2. tit. 4. num. 7. & alii. Unde Monopolium est, quo unus, vel plures mercatores inter se propria auctoritate conveniunt, ut comendo mercem certis generis eas carius vendant, efficiendo in praedictum-reipublicae, ut vix alibi inveniri possint. Sic in re communis.

quo unus, vel plures mercatores inter se propria auctoritate conveniunt, ut comendo mercem certis generis eas carius vendant, efficiendo in praedictum-reipublicae, ut vix alibi inveniri possint. Sic in re communis.

Monopolium committitur multipliciter, & 14. modos recenset Azeved. Recop. lib. 8. tit. 14. leg. 4. per tot. Armendar. autem ad leges Navarr. lib. 3. tit. 20. de contrat. num. 2. secutus ab Ursaya Instit. crimin. lib. 2. tit. 4. n. 9. duodecim modos numerat, nempe 1. quando illicite pactiones concurrunt, aut paciscuntur, ut species divisorum corporum negotiationis, non minoris, quam inter se statuerint, aliqui vendant. 2. Quando homines congregati inter se conspirant, & impediunt ne aliqui deponant in tali causa, quae forte concernit dominum talis loci, eivem, aut alium. 3. Si quis conetur impedire, ne quis exerceat negotiationem vini, aut alterius rei praeter eum, etiam in vim rescripti Principis. 4. Si aliqui conveniunt, ne deferant frumentum in mercatum proximum, ut dominus illius loci vendat suum, vel ut homines illius loci prius suum vendant. 5. Si aliqui conveniunt, quod alicui habenti possessionem ruri nullum praestetur auxilium, ne quis laborer in possessionibus illius. 6. Si artifices inter se paciscantur, ne ullus ipsorum in illa arte instruat alios, nisi filios, aut nepotes illorum. 7. Si ipsi paciscuntur, ne recipiant aliquem addiscentem, nisi immensum det pretium singulis annis, & quod non ostendant ei, nisi remaneat per tres annos, id, quod possent docere eum in uno anno. 8. Si eives conveniant, ut officinae, & stationes tali pretio, & non minori locentur, vel si locatores eorum conveniant, quod non locabunt equos, nisi tali pretio, vel si domini domorum conveniant, ut augeatur in immensum pensio domorum. 9. Si mercatores agant, ne alius deferat frumentum, vel vinum, seu alia venalia, donec ipsi vendiderint, vel quod naves aliorum impediatur, vel retineantur. 10. Qui dat arrhas in emptionem omnium aromatum civitatis, ut postea ipse carius vendat. 11. Item si quis emat totum frumentum, ut alii ab eo emant. 12. Si mercatores memorum, vel alii conveniant, ne emant jegerum, vel arpentum lignorum, vel alias mercies, nisi in tali pretio. 13. Si artifices conveniant, ne quis quod alteri commissum sit opus, impleat, aut ne injunctam alteri sollicitudinem alterincipiat. Zaul. tit. 1. lib. 3. rub. 30. num. 32.

Monopolium committitur, qui statuunt, ne quis accedere possit ad aliud molendinum, vel ad coquendum panem ad aliud furnum, (Vid. lib. 3. pag. 265. in addit. hisp. vers. Id omnem) quum ad illud talis domini. Decian. lib. 7. cap. 21. num. 21. Conciol. resol. crimin. verb. Monopolium resol. 1. num. 2. Cohell. ad Bull. bon. regim. c. 31. sub num. 228. Ursaya loc. cit. n. 28. & alii.

Item ex eadem ratione monopolium committunt lanionem, qui certam tantum quantitatem carnis ad lanienam deferunt, ut illam carius vendant. Jodoc. in prax. crim. c. 132. Ursaya loc. cit. num. 20. & alii.

Item monopolium committunt aromatarii statuente, quod nullus ex eis possit dare ceram haeredibus defuncti pro istius exequiis, nisi prius solverint eidem aromatariis totum id, quod defunctus debebat. Farinac. in

pragm. crimin. verb. Monopolium resolut. 1. num. 4. Ursaya loc. cit. num. 30. & alii.

Pecuniam undique congestam ita ad se redigentes, ut quasi monopolium pecuniae facere videantur, monopolii sunt puniendi. S. Pius V. const. 1. 8. In eam §. 3. Quicumque: Nicol. in fiscal. verb. Pecunia num. 2.

Mercatores conventionem conspirantes, ut non nisi pretio summo, seu rigoro vendant, & non nisi pretio infimo emant, monopolium committunt, & peccant contra justitiam cum obligatione restituendi, quia respubli- ca videtur habere jus, ne fiant hujusmodi monopolia in damnum ipsius: quamvis enim tale pretium summum respectu emptionis per se sistat intra limites justipretii, ratione tamen dictae iniquae conventionis evadit injustum, quia, ipsa exclusa, plures mercatores venderent & respective emerent pretio medio, & alii interdum venderent pretio infimo, & emerent pretio summo; quod cederet in maximum reipublicae beneficium. Unde cum talis iniqua mercatorum conventio privet rempublicam hoc maximo beneficio, ad quod habet jus, videtur esse omnino contra justitiam, & obligare ad restitutionem. Sic tenent Rebellus, Sotus, Navarrus, Palatius, Ledesma, uterque Medina, Valentia, Armilla, Sylvester, Conradus; & alii apud Salas, dub. 37. num. 3. & apud Card. de Lugo tom. 2. dist. 26. sect. 12. num. 172. ubi Diana subjungit, quod id maxime locum habet, quando aliquid sub hasta venditur tutum Molinam, Lessium, Aragon. Ban. Vegam, Angles, & alios dicentes tales mercatores non peccare contra justitiam, nec obligari ad restituendum.

Nostra autem assertio innititur juris regulae a Gregorio IX. laudata in cap. Si culpa 9. de injuriis, & dicitur: ibi damno: Qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur: & ex leg. Jubemus unica cod. de monopolii, ubi gravissime prohibetur sub pena privationis omnium bonorum, & exilii perpetui, ne aliqui, aut aliqui obtineant, ut per ipsos solos mercies aliquae vendantur, & sub pena quadraginta librarum auri prohibetur, ne mercatores inter se conveniant de non vendenda merce infra certum pretium, vel de non emenda ultra tale pretium: & ne artifices, alicui operari conveniant, ne unus prosequatur opus ab alio coeptum, & hujusmodi: vide in cit. cod. dictam legem, ubi plura similia monopolia prohibentur sub pena privationis omnium bonorum, & exilii perpetui, ibi: Si quis autem monopolium ausus fuerit exercere; bonis propriis spoliatus, perpetuitate damnetur exilii. Vide verb. Emptio art. 1. numer. 44. & 45.

Possunt autem Principes, seu Magistratus ex justa causa licite concedere uni, vel pluribus, ut ipsi soli certas mercies vendant, ut sic illi curam, & sollicitudinem habeant providendi de abundantia mercium copia populo necessaria, vel de mercium specie populo valde utili, quia sine tali privilegio non reperiretur, qui vellet talem mercium abundantiam vel speciem ad republicae beneficium, & commodum providere, ne se exponeret periculo amittendi magnos sumptus sine lucro. Sic etiam licite conceduntur Typographis, & Bibliopoliis privilegia, ut ipsi soli vendant tales libros. Sicuti & inventoribus alicujus machinae, seu artificii Reipublicae.

D. D. Carolo III. Hispaniarum officinae typographicae, typotetis, librorumque Auctoribus tantum consulum voluit, ut illic ad horum regnorum gubernaculi habenas assumpsit, ordines expedire mandavit, prohibentes imposterum fieri librorum aestimationem, quam quidem taxationem cum generalis Correctoris praelorum munere abolevit, aut permittens librorum typis aliarum nationum commissorum ingressum, si cusi in hac peninsula reperirentur. Auctoribus tanquam praecipuum obiectum commercium rationabile consequendi, scientias, utique notione digna fecundandi, non minus fovet (1) quapropter eorum morte haud extingui privilegia, sed ad successores

(1) Reg. Sched. 9. Jul. 1778. Sabed, que informado de todas las ordenes que desde mi exaltacion al trono he mandado expedir, dirigidas al fomento del Arte de la Imprenta, y del comercio de los libros en estos mis Reynos, que de mas de un siglo a esta parte se hallaban en lastimosas decadencias: Y enterado circunstanciadamente de todas, y de los buenos efectos que han producido, pues a beneficio de ellas se han mejorado las

impresiones de tal forma, que algunas han dado credito a la habilidad de nuestros Artifices, y se han reimpresso en España muchos libros, que antes se traian de fuera, y otros que contribuyen a la ensenanza, o ilustracion publica, por mi Real orden de catorce de Julio de este año, he venido en confirmar, y revalidar la orden de catorce de Noviembre de mil setecientos sesenta y dos, en que se abolió la tasa de libros: la de veinte y dos de Mar-



publicæ utilis justissime in premium suæ inventionis talia privilegia conceduntur, cum sic ad reipublicæ beneficium foveatur, & promoveatur alacritas, & industria inventorum, auctorum, typographorum, quorum alacritas, & industria potius in maximum reipublicæ detrimentum remoratur, si alii, qui non laboraverant, possent eorum metere meses, & in labores eorum introire æque libere, ac ipsi vendendo eorum operas. (De his num. 10. contentis pene infinitæ determinationes, & privilegia in publicum redigi poterant, nam in prædictis fixa est observantia.)

11 Immo Principes talia & similia privilegia, v. g. quod pauci soli privative quod alios possint vendere quædam specialia victualia, aromata, tabaccum, & hujusmodi, vendere solent ad subveniendum necessitatibus urgenti-

res transire, donec horum non obliviscantur, continuationemque intra annum sollicitaverint, præscripsit; normam insuper constituendo, ut neque in minimum arti tam necessariæ, & operibus egregiis irrogetur præjudicium; illi,

Marzo de mil setecientos sesenta y tres, en que declaró los libros que habian de quedar sujetos á la tasa, y resolvi quedase tambien abolido el oficio de Corrector general de Imprentas, porque sobre lo gravoso, era totalmente inutil, mandando asimismo que en adelante no se concediese privilegio exclusivo á ninguna Comunidad Secular ó Regular, cesando desde aquel dia todos los que los estuviesen concedidos: que cesase igualmente el Portero del Consejo, destinado á la comision de Imprentas en la saca de privilegios, y licencias, dexando á qualquier particular la libertad de solicitar por sí, ó por Agentes los que necesitase: que en lo sucesivo los Censores que nombrase el mi Consejo no llevasen derechos por la censura, bastándoles el honor de ser nombrados para tan distinguido ministerio, bien que se les debería dar un exemplar del libro para distincion de su mérito, mas que por paga de su trabajo, y que en ningun libro se permitiese poner sus aprobaciones, ó censuras, á no ser una disertacion util, y conducente al fin de la obra: la de veinte de Noviembre de mil setecientos sesenta y tres, en que mandé que qualquier libro que se imprimiese, ó reimprimiese en estos mis Reynos no se pudiese introducir en adelante en ellos, ni en los de las Indias de impresion estrangera; y la de veinte de Octubre de mil setecientos sesenta y quatro, en que declaré, que los privilegios concedidos á los Autores no se extingan por su muerte, sino que pasen á sus herederos, como no sea Comunidad, ó Mano muerta, y que á estos herederos se les continúe este privilegio mientras le solicitan, por la atencion que merecen aquellos literatos, que despues de haber ilustrado á su patria, no dexan mas patrimonio á su familia que el honrado caudal de sus propias obras, y el estímulo de imitar su buen exemplo. Pero considerando ahora, que para complemento de estas benéficas disposiciones, dirigidas á fomentar un Arte, y un comercio, que tanto contribuyen á la cultura general, y á la propagacion de las ciencias, y conocimientos útiles, se necesitan todavia algunas declaraciones, he venido en hacer las siguientes: 1. Que mi Real Biblioteca, las Universidades, y las Academias, y Sociedades Reales gocen privilegio para las obras escritas por sus propios individuos, en comun, ó en particular, que ellas mismas publiquen por el tiempo que se concede á los demás Autores; pero que sin embargo de no deberse reputar por Comunidades, ni comprehenderse en la regla general, que prohibe obtener privilegios á las que lo son; por lo mismo que estimo á mi Real Biblioteca como una de mis alhajas mas apreciables, y dignas de mi atencion Real, y á las Universidades, Academias y Sociedades, como establecimientos dependientes de mi Corona, fundados, y mantenidos algunos á costa de mi Real Erario, y todos protegidos, y honrados por mí, quiero que en este punto no gozen prerrogativa que perjudique á la libertad pública, ó vaya, aun indirectamente, contra el fin principal de sus propios institutos, que se dirigen á facilitar el estudio, y la propagacion de las ciencias, la literatura, y las artes; y que se entienda, que el privi-

legio que tuvieren para reimprimir obras de Autores ya difuntos, ó estrafios no es siempre privativo, y prohibitivo, pues solamente lo ha de ser quando las reimpriman, cotejadas con manuscritos, adicionadas, ó adornadas con notas, ó nuevas observaciones; pues en tal caso ya se las debe reputar, no como meros Edifictores, sino como Coautores de las obras que han ilustrado: y aun en estas circunstancias, si algun literato particular ilustrase el mismo Autor con cotejos, notas, y adiciones diferentes, y quisiese publicarle, se le permita que lo execute, á fin de que el honor, y utilidad que de ello pueda resultarle estimule á otros á la aplicacion, y al estudio sin temor de que su trabajo ha de quedar obscurecido, no impidiéndose tampoco las demás ediciones correctas de las mismas obras que quisieren hacer otras personas con el texto solo; y en los mismos términos deberán ser tratadas mi Real Biblioteca, Academias, y Sociedades quando hiciesen reimprimir algun libro, segun se halla ya publicado, aunque le mejoren en puntuacion, y ortografía, pues no gozarán en este caso privilegio exclusivo, como no lo debe gozar nadie que no sea el Autor, ó sus herederos. 2. Que los referidos establecimientos, y cuerpos literarios gocen tambien privilegio quando publiquen obra manuscrita de Autor ya difunto, ó coleccion de ellos, aunque se incluyan cosas que ya estén publicadas, porque en este caso hacen veces del Autor, ó Autores, los ilustran, y eximen del olvido obras que pueden dar crédito á la literatura nacional, muchas de las cuales quedaron sin que sus Autores pudiesen publicarlas por falta de medios, ó de proporcion. 3. Que si hubiere espirado el privilegio concedido á algun Autor, y él, ó sus herederos no acudiesen dentro de un año siguiente pidiendo prorroga, se conceda licencia para reimprimir el libro á quien se presentare á solicitarla; y lo mismo se execute, si despues de concedida la prorroga no usase de ella dentro de un término proporcionado, que señalará el mi Consejo, pues mediante aquella morosidad, que indica abandono de su pertenencia, queda la obra á disposicion del gobierno, que no debe permitir haga falta, ó se encarezca, si es útil. 4. Que en las licencias que se concedieren para reimprimir por una vez alguna obra, quando no sea el mismo Autor, que puede tener motivos para diferir su uso, ponga el mi Consejo término limitado, dentro del qual se haga la reimpression; y si le dexare pasar sin haberla hecho, se conceda nueva licencia á otro qualquiera que la solicite. 5. Y que sin embargo de que se haya concedido licencia para reimprimir un libro en tamaño y forma determinada, si la pidiere otro para hacer nueva edicion mas, ó menos magnífica, y costosa, y en tamaño, y letra diferente, se le conceda tambien, pues lo contrario seria poner impedimentos á la perfeccion de esta especie de manufactura, siendo así que la misma solicitud indica el buen despacho de la obra, y que le tendrá qualquiera edicion que se haga segun la posibilidad, ó el gusto de los compradores. Habiendo dirigido al Consejo la citada mi Real orden de catorce de Junio de

\* Monopolia super segetibus, leguminibus, olivis, & hujusmodi, rigorosis sub pœnis prohibentur; Benedic-

dictus XIV. tom. 2. const. 53. incip. Quo die: Monopolii nomine non intelligitur licita, & honesta mercatura, qua merces in uno loco emptæ, ad alium locum vendende deferuntur: idem *ibid.*\*

¶ Varii varie definiunt monopolium. Ad opus haud est de accurata hujus viti definitione adlaborare, quum ex modis, quibus monopolium committitur, facile quid sit, cognosci possit.

13 Prostat hanc in rem saluberrima Imperatoris Zenonis constitutio, quæ habetur in *l. unic. cod. de monop.* Ex ea facili negotio quot monopoliorum species, & quæ tam monopolis, quàm illis, qui se pactis labem monopolicam sapientibus constringunt, pena infligenda sit, colligere licet.

14 Sunt autem monopolii species palmariæ tres: I. quod quis monopolium committat, quando certum mercaturæ genus, v. g. vestium, librorum &c. sibi arrogat, ut vendere solus possit. II. Incurrunt crimen hoc ii, qui illicitis habitis conventionibus conjurant, vel paciscuntur, ut species diversorum corporum negotiationis non minoris, quàm inter se statuerint, vendantur. III. Edificiorum artifices, vel ergolabi, aliorumque diversorum operum professores, & balneatores crimen hoc incurrunt, quando pacta inter se componunt, ne quis artifex, quod alteri commissum sit, opus impleat, aut injunctum alteri sollicitudinem alter interceptat: Vide *diff. leg. unic. tum*

15 *quæ in ejus comment. habet Brunnum.*

Nota vero, prohibita esse monopolia, si per ea certorum mercatorum promoveatur commodum, bonum vero publicum damno afficiatur. Ceterum res alter se habet, si tendant monopolia in utilitatem reipublicæ, ejusque commodum inde augeatur; Tunc enim privatis non minus consensu Principis, quàm Principibus ipsis honesta monopolia exercere fas est hoc fine, ut sufficiens copia rei adsit, qua carere nequimus, & ut ea mercatorum sordibus subtracta æquo semper comparetur pretio: confer Stryk *Jurid. dissert. vol. 3. disp. 16. cap. 2. n. 116. & plurib. seq.* ¶ (Multum conducunt *leg. 4. tit. 14. lib. 8. 5. tit. 8. lib. 9. Recop. Cast. Aliquid *leg. 2. glos. (64) tit. 2. ejusd. lib. 9. etiam *leg. 11. tit. 11. lib. 6. cum *leg. 2. tit. 7. part. 5. Videatur *leg. 5. cum *glos. D. D. Alphonsi Diaz de Montalvo, ibi: Ni fagan ligas ó monopolios: tit. 11. lib. 8. Ord. Reg. Lit. E. pag. 232. in princ. col. 1.)******

## MONTES PIETATIS.

### SUMMARIUM.

- 1 Montes Pietatis quid sint.
- 2 Montes Pietatis unde originem habuerint, & qui

propter præstantiam quam, si prelo non supersederet, typographarii assequuntur: hisce verò, ne eorum penuria sit locus, & valor accrescat, eo usque, ut etiam Confitatores literarum variis exceptionibus perfruuntur (2).

este año para que se hallase enterado de mi voluntad en asunto á impresiones, observase, y hiciese observar las reglas contenidas en ella, y dispusiese lo conveniente para su notoriedad: Vista en él, con lo expuesto por mis tres Fiscales, acordó en tres de este mes su puntual cumplimiento, y para ello expedir esta mi cédula: por la qual os mando veais dicha mi resolucion, y la guardeis, cumplais, y executéis, y la hagais guardar, cumplir, y executar en todo, y por todo en la forma que queda dispuesto, dando para su entera, y puntual observancia las órdenes, autos, y providencias que convengan, comunicándose exemplares de esta mi cédula á los Juzgados de Imprentas, Universidades, Academias, Sociedades, á mi Real Biblioteca, y demás á quienes corresponda, para que todos se arreglen unánimemente á su literal disposicion, en cuya observancia tanto interesa la causa pública en el fomento de un arte, y un comercio que contribuyen á la cultura general, y á la propagacion de las ciencias, y conocimientos útiles, que así es mi voluntad.

(2) Reg. Sched. 26. Decemb. 1771. Sábado: que

- primi fuerint eorum inventores & promotores.
- 3 Primus Mons Pietatis erectus fuit Perusii. Deinde in fere omnibus Italiae urbibus, id semper suadentibus, & propugnandibus fratribus Minoribus de Observantia, ad num. 4.
- 5 Montes Pietatis, quamvis controversi ut usurarii, tamen sunt definiti à Sede Apostolica tanquam sine labe usure liciti, & meritorii, concessis in super indulgentiis manus adiutoriis ad ipsos porrigentibus.
- 6 Quinimmo sub pena excomm. lata sententia prohibetur, ne quis contra ipsos audeat predicare & disputare.
- 7 Tales Montes Pietatis enumerantur à Concilio Trident. inter alia opera pia.
- 8 In Montibus Pietatis tres potissimum nunc leges existunt, & assignantur.
- 9 A Summis Pontificibus non permittuntur Montes Pietatis ut plurimum erigi nisi ad præscriptum Concilii Lateranensis, & præsertim ut recipi non possint nisi quid moderatum non excedens summam duorum, vel trium pro centenario.
- 10 Aliquando tamen ob justas causas permittunt, ut possint recipi quinque pro centenario.
- 11 Montes Pietatis erecti sub conditione quod dependentibus ibi suas pecunias solvant quinque pro centenario, possunt totidem exigere à suis mutuatariis, & adhuc alia duo necessaria pro expensis faciendis.
- 12 Montis Pietatis Ministri in necessitate præferendi sunt aliis indigentibus.
- 13 Montis Pietatis Ministri pauperes disponentes de bonis montium in proprios usus; tenentur servare conditiones, quas servant alii pauperes.
- 14 Montis Pietatis Ministri disponentes de bonis Montium in præjudicium pauperum, ad quid teneantur.
- 15 Montis Pietatis Ministri an possint impendere partem pecunie non necessariam subventioni pauperum in proprios usus, & necessitates.
- 16 Item an possint pecuniam Montis non solum in proprias necessitates, sed etiam in propria negotia impendere, quando non est necessaria ad usus pauperum.
- 17 Additiones inseruntur, ad fin.

MONTES Pietatis sunt æraria, aut granaria publica piorum hominum liberaliter ad hunc finem erecta, ut ad ipsa tanquam ad montem confidenter refugere possint indigentes, & ea in promptu sint ad mutuandum sub pignoris cautione ipsis indigentibus, & occurrentium usu-

atendiendo á lo mucho que importa fomentar la Imprenta en mis reynos, por mi real decreto de treinta de Noviembre próximo pasado, he venido en conceder exencion de sorteos, para reemplazo del Exercito, á los Fundidores de letras, que se exerciten de continuo en esta profesion, y á los Fabricantes de punzones, y matrices. Y declaro igualmente, que han de ser comprehendidos en alistamientos, y sorteos para dicha contribucion, los mozos que sirvan en las Compañias de Milicias Urbanas, que hay establecidas en varias provincias de estos reynos. Y publicado en el Consejo esta mi real decreto en seis de este mes, acordó su cumplimiento, y para que le tenga en todo, expedir esta mi cédula: por la qual os mando, que luego que la recibais, veais las declaraciones que llevo hechas, y las guardeis, y cumplais en todo y por todo, sin permitir se haga lo contrario con ningun pretexto, teniendo esta mi real resolucion como declaracion de la real ordenanza de reemplazos de tres de Noviembre de mil setecientos setenta; que así es mi voluntad.



usuris, quos pro sua indigentia usurariis praesertim Judaeis solvere cogebatur. Communis.

Ex quo enim plurimi usurarii, & praesertim Judaei observantes tempus, & personarum calamitates ex aliorum inopia messem facerent, suas per immoderatas in mutuis usuris brevi fere totam sortem absorbendo, & pauperes christianos fere ad extremum depauperando, & pietate, & misericordia motus B. Barnabas Iherosolymensis mei Seraphici Ordinis Min. de Observantia, primus omnium Perusii Montem Pietatis excogitavit, promovit, atque crexit, ut sic pauperes Christiani ad dictorum immoderatum usurariorum oppressionibus redimeret. Cum enim Perusii sub Pio II. summ. Pontificis conciones ad populum haberet, hoc prius inexcogitatum remedium advenit, ut ex cumulo pecuniae pie collecto exinde Monte pietatis nuncupato, mutuum praestaretur egenis, accepto pignore, & denario, vel summa aliqua per singulos menses detente pecuniae convertendis in stipendium ministrorum, aliasque ad id necessariae expensis. Adinventionis consilium inibi cum Patre Fortunato de Cepolis Perusino ejusdem Ordinis Minorum de Observantia, viro utriusque juris peritissimo, qui rem hanc insolitam mature perpendens, insuperque Academiae Magistris consulens, omnibus istis, nemine dempto, excogitatum approbavit, & statuit id opus plurimum esse laudabile, ac pium, ab omni censura lae alienum; adeoque summo opere promovendum. Inde dictus Beatus Barnabas coepit in ea urbe declamare contra insatiabilem haereticorum cupiditatem fere totum suis usuris pauperum christianorum sanguinem exsurgentem, ac suis ferventissimis, qua privatis, qua publicis exhortationibus pios viros, & divites cives animare ut collectis, ac collatis elemosynis, cumulum, seu montem erigerent perpetuo conservandum, ex quo miseris pauperum sublevandis pecuniae erogarentur in eundem Montem iterum congreganda. Nec nimium ei insudandum fuit, ut Perusino- rum animos de se pietatis operibus satis addictos ad id inclinaret. Ad primam enim concionem ita liberali, ac prompta manu suas pecunias, ac facultates cives con- gesserunt, ut ad diffissimum, ac copiosissimum montem, eumque omnium primum, illic erigendum abunde sufficerent: Wading. tom. 14. alid 9. ad annum 1474. num. 11.

Vix autem excellentissimum hoc misericordiae genus & sacrum pauperum levamen innovit, statim plures habuit acerrimos contraditores, hujusmodi montem pietatis tamquam usurarium damnantes, eo quod ultra sortem quidpiam exigeretur. Qua propter re ad publicam concertationem coram toto Magistratu civitatis Magistris, & Scholasticis Universitatis, Clero, & Religiosis Ordini- bus deducta, ac acerrime discussa, & tandem merito pro Minoribus (quorum praecipui defensores erant discipuli Beatus Barnabas & Fortunatus) lata sententia, confes- tum cives, praemissa solemnibus supplicatione, uno, alacri- que animo piissimum adinventum, & egregie propugna- tum, ac defensum a Minoribus de Observantia opus plene stabilierunt: Wading. loc. cit. num. 12.

Eximium hoc Perusinarum pietatis opus plurimae praesertim Italiae urbes secuta, ubique id suadentibus Minoribus, & signanter S. Jacobo de Marchia, Beato Marco a Bononia, Beato Angelo a Clavasio, Beato Bernardino a Feltria, Alchaeae Carcano, Antonio Vercellensi, alios Pietatis Montes crexere: Wading. loc. cit. num. 13. Sed ubique non pauci contraditores obstitere qua verbis, qua scriptis, & in specie Cajet. tit. 2. opus. 6. Sotus lib. 6. de iustitia quest. 1. art. 6. & Sylvester verb. Usura 5. quest. 4. & eousque processit contentio, ut sermonibus publicis, & conscriptis variis libris, fuerit respondendum, & tanquam liciti, & sine laeae usurae tales Pietatis mon- tes fuerint propugnandi, ut pro talibus juxta Minorum de Observantia piam sententiam recogoverunt plures Summi Pontifices, scilicet Pius II., Paulus II., Sixtus IV., Innocentius VIII., Alexander VI., & praecipue Leo X. qui in Concilio Lateranensi sess. X. sacro appro- bante universali Concilio, relatis variis sententiis, & re mature examinata, dictos Montes Pietatis, uti a dictis Sanctis, & in magna ob Sanctitatis opinionem existima- tione habitis viris adinventos, & promotos: & a supra-

dictis Summis Pontificibus approbatos, licitos, & pios, atque meritorios etiam cum indulgentiarum acquisitione esse definit, edita ad id expresse constit. inopi. Inter multiplices, in qua §. 4. sic habet: Nos sacro appro- bante Concilio, declaramus, & definimus, Montes pie- tatis antedictos per republicas institutos, & auctoritate Sedis Apostolicae haecenus probatos, in quibus pro eorum impensis, & indemnitate aliquid moderatum ad solas Ministrorum impensas, & allarum rerum ad illo- rum conservationem (ut praefertur) pertinentium pro eorumdem montium recipitur, neque speciem mali praefere, nec peccandi incentivum praestare, neque ullo pacto improbari, quinimmo meritorium esse, ac lauda- ri, & probari debet tale mutuum minime usurarium pu- blicum, licereque illorum pietatem, & misericordiam popu- lis predicare, etiam cum indulgentiis a Sancta Sede Apostolica etiam cum concessis." Wading. loc. cit. num. 13.

Quinimmo Leo X. in eadem constitutione §. 5. sub poena excommunicationis latae sententiae prohibet, ne quis de cetero contra dictos Montes praedictos, aut ver- bis, vel scriptis audeat disputare, libi: "Omnes autem re- ligiosas, & ecclesiasticas personas, qui contra praesen- tis declarationis, & sanctionis formam de cetero praed- icare, seu disputare verbo, vel scriptis ausi fuerint, excommunicationis latae sententiae poenam, privilegio quocumque non obstante, incurrere volumus."

Hinc tales Montes pietatis in Concilio Trident. sess. 22. 7. cap. 8. de reformat. inter alia opera pia connumeratur.

In dictis Montibus pietatis tres potissimum nunc le- ges existunt. Prima, ut mutuum usque ad certam quan- titatem detur non divitiibus, sed pauperibus. Secunda est, ut mutuatarii dent pignus a Ministris Montium cus- todendum, & exinde vendendum, si praefixo tempore mutuum non restituatur, ut ex pretio Montium recuperent suam sortem, & mutuatarii residuum, sit quod sit, tan- quam suum recipiant. Tertia, quia pro custodia, & con- servatione pignorum, pro conductione domus, pro ali- mentis, & stipendiis Ministrorum, & aliis ejusmodi, ex- pense continuae sunt, quae si ex ipsis montium pecuniis deducerentur, summa capitalis in republica pauperum detrimentum brevi deficeret, exigitur a singulis mutua- tariis sine ipsis montium lucro aliquid exigunt ultra sortem, v. gr. duo, vel tres anno pro centum.

Unde a Summis Pontificibus non permittuntur Montes Pietatis ut plurimum erigi, nisi ad praescriptum Con- cillii Lateranensis, & praesertim, ut recipi non possit nisi quid moderatum pro expensis Ministrorum, & ip- sorum montium, non excedens summam trium pro cen- tenario, ut declaravit Sac. Congr. Concil. in Aven. 26. Maji 1612. in Tudertina 17. Aug. 1626. in Theatina 5. Julii 1627. in Lucerina 27. Maji 1645. Et in Mutinensi de Finali 22. Augusti 1637. censuit, lucrum pignorum non posse permitti ultra tria pro centenario, & cum clausula, si dicta summa sit necessaria pro mini- strorum salario, & aliis expensis Montis subeandis; vel bina, ut in Cremona 31. Maji 1580. & in Vercelli. 8. Octob. 1628. vel singula tantum, si sufficiant, ut in Messanen. 11. April. 1685. & in aliis saepe, rejecta opi- nione contraria. Quinimmo die 28. Augusti 1583. de- claravit, nullo modo permitti debere, ut detur pecu- nia Monti ad finem consequendi ex ea aliquos fructus licet minimos. Et si qua sub hac conditione mutata invenitur, omnino restituatur. Et Sacra Congr. super Episcopis, & Regularibus declaravit, quod si mons potest manuteneri, solvendo etiam mercedem operariis, & aliis Ministris ex suis propriis redditibus, nihil exigere potest pro mutuis, aliis solommodo tantum id, quan- tum est necessarium pro supradicta mantentione, & expensis necessariis loci, & ministrorum juxta consti- tutionem Leonis X. in Concilio Lateran. Ita in Corvo- nen. 28. April. 1599. & in Faventina 6. de Septemb. 1604. Dummodo non excedant tria pro quolibet centenario, ut in Viglevanen. 19. Januarii 1607. & in Vertho- nen. 11. Augusti 1625. vel ad summam quaterna, ut in eadem Caronen. 28. April. 1599. ad litteram Pignatell.

tom. 4. contral. 135. num. 4. Qui ibidem num. 5. ad primam controversiam: An impertientia sit licentia erigendi montem, qui volentibus apud ipsum deponere pro- prias pecunias solvat lucrum ad rationem quinque pro centenario, idque lucrum pro sui indemnitate exigat a suis mutuatariis? Sic praecise subjungit: Ad nihilomi- nus ob causam necessariam sublevationis pauperum con- suerunt ex indulto Pontificis aliquando dictam sum- mam concedere, & in specie fuit concessum Monti Pie- tatis Bononiae, Mutinae, Verona, & Ferrariae, ut in indulto, quod legitur apud Pasqualig. decis. mor. 183. num. 6. Idque ratione lucris cessantis, & damni emer- gentis, seu indemnitate ipsorum deponentium, ut la- tius post alios firmat Pasqualig. num. 11. & seq. ubi etiam num. 18. respondet ad cap. Super eo, de usuri, quod confirmat decis. 184. per tot. & decis. seg. n. 6. & 7. Unde non nisi cum temeritate asseri potest, Sum- mos Pontifices, contumque, ac Curiae Romanae Officia- les, qui diligentissimi esse solent, ac prudentissimi, er- rase, ut ponderat Salon. quest. 78. sub num. 3. art. 1. & latissime comprobat Fragos. de Regim. Republic. Eccl. part. 1. lib. 7. tota disp. 20. Haec ille.

Ad secundam autem controversiam: An idem mons pietatis exponens postea mutuatariis dictas pecunias possit exigere ab iis septem pro centenario? Idem Pigna- tell. loc. cit. num. 13. merito respondet, posito, quod mons erigatur sub conditione, quod deponentibus sol- vat quinque pro centenario, sequi quod totidem exige- re possit a suis mutuatariis cum reliquis duobus, quae sunt omnino necessaria pro omnibus expensis faciendis pro montis conservatione, juxta cit. constitutionem Leo- nis X. incip. Inter multiplices: Et sic tenent Abbas in cap. In Civitate circa finem, de usuris, Alexander in leg. Item quia §. 1. num. 2. ff. de pactis, Rosignol. de mutuo & usuris contral. 3. disquisit. 5. §. 1. num. 2. Anzotius part. 3. lib. 5. cap. 9. quest. 2. citans alios, Reginald. lib. 25. cap. 11. num. 209. Philarch. lib. 5. offic. Sacerd. cap. 21. §. Quoad primum, Seac. de com- merc. §. 1. quest. 1. num. 151. & 162. cum seq. Molina tom. 2. de iustit. disp. 325. Bonacina tom. 2. dis- put. 3. de contral. quest. 3. punct. 12. num. 3. Lessius de iustit. dub. 25. num. 194. Filiuc. tract. 34. tom. 2. cap. 9. num. 183. & Pasqualig. decis. moral. 186. a num. 4. decis. 187. num. 2. Ita et 3. decis. 188. cum binis seq. & decis. 204. num. 2. Ita et 3. decis. 186. num. 5. adeo hanc sententiam veram existimet, ut oppositam censent non posse probabiliter sustineri.

Montis Pietatis Ministri in necessitate praeferendi sunt aliis indigentibus; Rosignol. de mutuo & usuris contral. 3. disquisit. 5. num. 3. & alii.

Montis Pietatis Ministri pauperes disponentes de bonis montium in propriis usus tenentur servare omnes condiciones, quae servant alii pauperes, Rosignol. loc. cit. num. 6. & alii passim.

Montis Pietatis Ministri deponentes de bonis Montis in praedictum pauperum tenentur ad compensandum eis, si constet quinquam fuerint. Secus, ad exonerationem debiti erga ipsum montem; Rosignol. loc. cit. num. 5. Vide ipsum ibi ubi sub num. 2. concludit, & probat, quod Montis Pietatis Ministri possunt impendere par- tem non necessariam subventioni pauperum in propriis usus; immo etiam partem aliquam necessariam, si ipsi vere sint pauperes. Et sub num. 3. concludit, & probat, quod Montis Pietatis Ministri possunt pecuniam montis, non solum in propriis necessitatibus, sed etiam propria negotia impendere, quando non est necessa- ria ad usus pauperum; dummodo tamen nihil subsit periculum amissionis, & eventum casu, quo mons ipsa pecunia indigeat, sit prompta, ac parata; alia supervenientibus pauperibus, tunc certe illi providere tenentur alia pecunia, vel non providendo, tenentur ad compen- sationem damnorum ipsis pauperibus provenientium; & ratio conclusionis est, quia ex hoc nulla oritur laesio in Montem, nec gravamen in pauperes. Non primum, quia nihil obest monti, sive pecunia ibi servetur mortua, si- ve implicetur. Non secundum, quia jam sufficienter om- nibus pauperibus provisum supponitur. Non de facili ta-

men est id consulendum, & ad praxim reducendum, cum non pauca subsint pericula in detrimentum mon- tium, & gravamen pauperum.

Montes, quos vocant Pietatis constituuntur in urbibus, ut hac ratione publicis necessitatibus, vel pau- peribus consulatur. Justitia autem horum montium pen- det ex legibus, quibus constituti sunt, vel exerceantur. Agendum ideo de speciebus eorum saltem usitatori- bus, & quid de illis sentiendum sit, paucis exponendum.

Prima species est, quum acervus ille publice pecu- niae gratis indigentibus distribuitur, ita ut debitores ni- hil restituere ultra sortem teneantur. De ejus autem jus- titia non est quod verba faciamus, nam ea per se patet.

Altera species est, quum pecunia ea lege distribu- tur indigentibus, ut praesent ultra sortem modicum quid pro modo, & ratione pecuniae acceptae, & temporis; ad solvenda stipendia eorum qui montem regunt, & ad explicanda ea omnia quae necessaria sunt ad montis con- servationem. De justitia autem hujus speciei, quamvis olim in utraque partem maxima animorum contentio- ne fuerit disputatum, probata tamen ea fuit a Paulo II. & aliis Pontificibus, tum demum a Leone X. in Concilio Lateranensi sess. 10. ut refert Auctor num. 5. & seq.

Cavendum tamen in hac specie, ne plus exigatur, quam sit necessarium ad montis conservationem. Illud enim quod superexigitur, licet videatur vobis montis accrescere, illicitum est, & restitutioni obnoxium, quia Concilium Lateranense eatenus permittit ultra sortem aliquid praestari, quatenus res montis salva maneat, ut indicant verba illa: absque montium hujusmodi lucro, & ut refert Cajetanus; ita Paulus II. Legato suo Perusi- no rescripsit.

Idque procedit etiamsi hoc quod super exigitur, ero- gandum sit in usus pios: confert Clericis. decis. mis- col. 42. num. 5.

Curandum & illud est, ne majores expensae fiant, vel plures Ministri adhibeantur, quam opus sit ad rem montis administrandam, ne pauperes vexentur gravi- ribus exactionibus. Hoc enim si non usurarium, injustum saltem est.

Controversia vero non levis est, an ad justitiam hu- jus speciei montium requiratur, quod insitantes ipso- rum montium renuntient dominium pecuniae, aut tri- tici, in communitatem pauperum, vel obligent se civili- ter, & perpetuo, vel pro multo tempore ad mutuan- dum egenis civitatis, aut populi? Et quidquid senserint Lopez, Salon. aliique, prevaluit opinio negativa, quam tenet inter alios Card. de Lug. disp. 25. numer. 199. & seq.

Tertia species est eorum montium, quorum ararium constat ex pecunia fecore coguntur illi, qui ad hanc men- sam accedunt, non solum reficere sumptus, & expensa montis, sed etiam usuras, vel census, quae mons patit- ur, ut necessitatibus accipientium possit succurrere. Hanc etiam speciem licitam esse tenet post alios Card. de Lug. loc. cit. num. 197. & seq. Sed non est facile permittenda.

Id vero, qui montibus conferunt pecunias, nil ul- tra sortem accipere possunt titulo depositi, vel mutui, nisi quatenus eorum intersit.

Quid si mons usuras a creditoribus recuperaret ve- luti injuste, & indebite exactas? teneretur eas restituere ipsis pauperibus, qui coacti fuerunt easdem ipsi monti solvere, idque quia titulus ille damni emergen- tis ad non titulum reduceretur, & consequenter condi- cere pauperes valeret: leg. 1. §. 2. ff. de condit. sine caus. leg. 17. in fin. ff. Commodatari; leg. 1. cod. de re juridic. §. 1.

Vide, amice Lector, quam consona sit Ferraria- na doctrina num. 16. expressa cum sana Theologia. Ait ipse, Montis Pietatis Ministros partem fructuum, vel in proprios usus, vel etiam in propria negotia impendere posse; at sana Theologia docet, hujusmodi Ministros, quibus pro ministerio debiturum stipendium assignatum est, nullum dominium habere in bona montium pieta- tis, sed meros administratores esse, ac custodes cum



necessaria, tum etiam superflua portionis, ac custodire, & administrare oportere quidquid ad hujusmodi montes pertinet juxta determinationem Superiorum, aut Magistratum, qui hujusmodi locis piis præsint, ac jus in illorum bona obtineant. Si Domini non sunt, sed meri Ministri, ergo bona montium pro arbitrio in eleemosynam erogare non valent, eleemosynam enim ex nostris, non ex alienis bonis distribuere in pauperes debemus. Ac multo minus in propria negotia impendere hujusmodi bona possunt. Hoc enim montium pietatis institutione, quæ in favorem pauperum, non Ministrorum facta est. Accedit etiam, hujusmodi doctrinam periculi plenam esse, quippe quæ viam aperit illis abusus, qui occasionem dedere constitutioni Benedicti XIII. quam hic integram recensemus.

## BENEDICTUS EPISCOPUS.

SERVUS SERVORUM DEL.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

§. I. **J**AM dudum non sine ingenti animi dolore aures nostras perturbat frequens rumor de nonnullis in hac magna urbe nostra alieni æris, & pignorum depositariis, arcais, custodibus, subcustodibus, exactoribus, rationariis, & computatorum scriptoribus, aliisque hujus generis Officialibus, & Ministris, qui fide sibi data, siquæ muneris commodo nefarie abutentes, ut voluptatibus, aliisque execrandis male agendi occasionibus causisq; improbe obtemperarent, vitiosque salacius, & liberius indulgerent, rem ac pecuniam sibi creditam, ac depositam, inque arca servatam, pro arbitrio usurpantes, pignora apud se custodita iterum oppignoraverint: quod non solum in Camera nostra Apostolica, sed in Montibus Pietatis, & publicarum ad numularios pertinentium mensarum ceterorumque locorum, & piorum operum damnum longe gravissimum redundavit, propterea quod infames fraudulenti hujusmodi Officiales, qui rem suam de-coxerant, omnino impares essent integrandis, ac restituendis pecuniis, quas ipsi, proprio vel alieno commodo inservientes, antea pessumdedissent, scientibus, & de compaço cum iis participantibus, doloque operam suam conferentibus rationariis, computatorum scriptoribus, subscriptoribus, ac recipiendæ mensarum, & locorum plorum Ministris & Officialibus.

§. II. **N**obis etiam innotuit, jam dictos Officiales, maximæ suæ temeritati confisos, ut actionem criminalem vaferrime declinarent, vel saltem suam crimina callide palliarent, seque justis pœnis, in quas incurrisserent, parva arte subducerent, permultos speciosos, & omnino falsos prætextus excogitasse, quibus iudicium impediendum, penasque effugerent, quas ob suas culpas se mereri optime ipsi agnoscebant.

§. III. **N**os propterea, quibus ex pastoralis officio, humilitatis nostræ divinitus injuncto maxime incumbit invigilare, & sollicite providere, ne hujusmodi crimina impune committantur; opportunam, & necessariam duximus his de rebus sententiam exquirere à Nobis speciatim indictæ particularis Congregationis nonnullorum hujus nostræ Curie Romanæ Præsulum, multa rerum cognitione, integritate, & doctrina præstantium, quorum sæpenumero coram dilecto filio nostro Hannibale Titulo S. Clementis Presbytero Cardinali, & S. R. E. Camerario congregatorum, suffragiis ad nos accurate perlatis, undequaque inhaerentes, hujusmodi fraudulentos Ministros, acriter insurgendo, ipsorumque juris vigorem etiam acriorem efficiendo, justum in eos iudicium promulgare decrevimus.

§. IV. **N**os ergo vestigiis decessoris nostri Pii Papæ V. insistentes, qui præ ceteris in sua constitutione incipit. Postquam: Kalendis Novembris anni millesimi quingentesimi septuagesimi in lucem edita, de-coctores, luxuriose viventes, propriis absumptis substantiis aliena appetentes, qui variis coloribus grande alienum, spe restitutionis faciendæ extorquentes pro-

ximo suo illudunt, seu veros fures, & latrones ultimo supplicio puniendos mandavit, hac nostra perpetuo observanda constitutione in quoscumque hujus generis delinquentes paribus quoque pœnis tamquam in veros fures & latrones animandæ esse decernimus, idque effectu ipso omnino fieri volumus & mandamus.

§. V. **I**taque statuimus, & jubemus, ne ullus ex depositariis, vel arcais æris publici Camere nostræ Apostolicæ, & præsertim depositariæ generalis, vœtigalium generalium & particularium utriusque annonæ, frumentariæ nimirum, & Grasciæ vulgo dictæ, & Depositariæ Urbane, Montisque Pietatis, ac mensæ S. Spiritus, & Datarie Apostolicæ summam quantumcumque ejusmodi æris, & pecuniarum in suum, vel alienum commodum quovis modo convertere unquam possit, inque usum ab eo diversum transferre, ad quem generatim in iisdem locis, tamquam sua tutela, & fidei custodia, servatur: ita ut si aliquis ex jam dictis depositariis & arcais hanc legem nostram quomodocumque prævaricatus, eamque pecuniam in usum, & commodum proprium, vel alienum convertere ausus fuerit, tamquam reprobis, & infidelis minister, interque infames & reipublice proditores enumerandus damari, & puniri possit ac debeat, ut gravissimi fur, & latrocinii reus secundum leges communes, & Romanæ urbis, Statusque Ecclesiastici edicta, contra latrones jam promulgata, ratione habita pecuniarum, quas in suum, vel alienum usum, & commodum clam, & furtive converterit. Idque ad easdem regulas in iisdem edictis etiam in furto magno præscriptas fieri debeat; quoscumque tamen Camera nostra Apostolica, vel quispian ex locis piis, ac mensis supradictis, & quilibet dominus, ac creditor pecuniæ, vel rei depositæ damnus subise compertum fuerit. Ubi vero nullum damnum illatum inde fuerit, nihilominus jam dicti depositarii & arcaii, inter infames habendi, ob culpam infidelitatis, duplicata pena pecuniaria summe, quam in suum, vel alienum commodum converterint, puniri debeant. Sed præterea pœnis etiam corporalibus gravibus, & gravissimis, arbitrio Iudicum cumulate plectantur, ratione habita qualitatibus, & circumstantiarum singulorum casuum, & factorum quas deprehendere contingerint.

§. VI. **S**imiliter volumus, decernimus, & jubemus ne computorum, & rationum scriptores Montis Pietatis, & mensæ S. Spiritus recipere, ac recipiendum, & solvendum curare, vel facere possint quodcumque mandatum, vel scriptum illorum, qui nullas pecunias in ipsa ibidem depositas, vel servatas habuerint. Si autem habuerint, eadem mandata & scripta recipi & solvi possint pro ea tantum summa, quæ deposita ibidem extiterit. Quod si jam dicti computorum Scriptores, & rationarii contrafecerint, tunc in eos procedi possit, & debeat pœnis à nobis in arcais, & depositarios statutis.

§. VII. **P**reterea sancimus, & declaramus, hac, quæ à nobis lata lege disponuntur, in eos pariter locum habere, qui auxiliatores, cooperatores, & quoscumque alio modo consilii, complices, ac participes infidelitatis eorumdem arcariorum, & depositariorum extiterint: qui quidem consilii, & complices, ac participes secundum suam complicitatem, & participationem in singulis factis & casibus, iisdem pœnis omnino puniri debeant, quibus puniendi essent, vel punirentur præcipui, & principales rei eadem forma, quæ statuta reperitur in publicis edictis superius memoratis, contra reos cooperatores, auxiliatores, complices, & participes olim evulgatis.

§. VIII. **Q**uia vero gravissimum esset crimen infidelitatis, ab iis computorum scriptoribus, & rationariis committæ, qui ut facilius pecuniam, sub bona, & publica fide sibi creditam, & depositatam, in proprios, vel alienos usus converterent, vel curarent, ut ab aliis converti possent, sive alia quacumque de causa in consuetis codicibus, & libris, ut scripturarum regula ab ipsis pro illorum officio bene exercendo postulat, inomen, vel nomina depositorum nequaquam describe-

rent;

rent; hac nostra pagina perpetuum robur habitura, declaramus, decernimus, & statuimus, singulos, & quoscumque rationarios, & computorum Scriptores, qui hoc modo in suo officio exercendo peccasse, vel factum simile fraudis, & infidelitatis commississe, vel committendum curasse comperti fuerint, vel qui quispian nominis veritatem describendo, seu minore summam, quæ vere deposita esset, tam nostræ Camere Apostolicæ, quam alterius cujuscumque domini, & creditoris pecuniæ depositæ, in codicibus, & libris descripsissent, damno insequuto, vel non sequuto, iudicari, & ipsa puniri debeant ad regulam, & gradum pœnæ pecuniariæ & corporalis, superius impositæ in factis, & casibus contra depositarios, & arcaios, secundum qualitatem & circumstantias eorum infictis. Ad hæc sancimus, & statuendo declaramus, factum commissionis, vel omissionis, tamquam dolosum, & fraudulentum semper habendum, maloque animo, & sine cogitatum, quoscumque culpæ obnoxios contrarium non probaverit, & constare curaverit.

§. IX. **N**e autem exactores Camerales, ii præcipue, qui in vœtigalibus generalibus, & particularibus utriusque annonæ frumentariæ, & grasciæ, inquit Monte Pietatis, & mensa S. Spiritus pecuniis à debitoribus exigere, exactasque principalium dominorum arbitrio servare, exactas deponere debent, fide sibi data, siquæ officii commodo abuti, sive æs, & pecunias exactas, perque eos non depositas, in suum, vel alienum commodum convertere unquam possint, præsentium tenore districtè mandamus, ut totas integre, & prompte, quemadmodum ex officio tenentur, statim ac per illos exactæ fuerint, deponere debeant, decerentes, ut qui eas non deposuerint, vel in alieno usus pro arbitrio converterint, sequuto inde, vel non sequuto damno Camere nostre Apostolicæ vœtigalium utriusque annonæ, frumentariæ nimirum, & grasciæ, Montis Pietatis, & mensæ Sancti Spiritus, in singulis casibus severo iudicio iudicentur, & puniantur ad legem, & normam à nobis decretam, & stabilitam contra depositarios, arcaios, rationarios, & computorum Scriptores, ut supra.

§. X. **V**olentes etiam pro nostris viribus impedire, ne fraudes, quæ compluries factæ fuerint in custodia pignorum Montis Pietatis, rursum imposterum fiant, & committantur, præsentium tenore jubemus, custodes, & subcustodes pignorum ejusdem Montis, æque judicialium depositariæ urbane, æstimatorum, subæstimatorum, aliorumque Ministrorum, ad servitium pii operis Montis Pietatis in memorato officio depositariæ urbane electorum, qui fide sibi data, commodoque, quod eis proprium munus subministrat, iniquè abutentes, clam, & dolo pignus aliquod etiam parvi pretii subtraxerint, vel ex una custodia in aliam transtulerint, priusquam, vel postquam oppignoratum fuerit, illudque sibi usurpaverint, vel illis tradiderint, inque alia custodia oppignoraverint, vel ejus speciem, & qualitatem immutaverint, remve oppignoratam confinnerint, sive unam pro alia describentes dolum, & fucum fecerint, fraudemve quancumque, falsitatem, aliamve similem actionem circa dicta pignora commiserint; ipso facto penam ultimi supplicii incurtere debeant, nulla eis excusatione suffragante, netiam parvi pretii, & valoris rei, in qua delictum commiserint. Iudices vero in penam ferendo qualitatatem, & circumstantias facti respiciant.

§. XI. **D**ecet quomodo maxime, ut præ oculis nostris similiter debitum sollicitudinis habeamus, quod nobis in ceteris, incumbit erga opera, & loca pia, quorum nobis, ut patri, & tutori custodia commissa est. Quare præsentibus nostris volumus, & ordinamus, ut omnes depositarii, syndici, rationarii, & exactores ecclesiarum, capitulorum, collegiorum, domuum, conventuum, monasteriorum regularium utriusque sexus, & cujuscumque loci, & operis pii, vel congregatio-nis, aut capituli, qui in proprio officio, & ministerio exercendo, aliquam ex prædictis actionibus, & fraudibus committentes, quæ damnantur, & puniuntur in depositariis, arcais, rationariis, & exactori-

bus Camere nostræ Apostolicæ, in vœtigalibus generalibus, & particularibus utriusque annonæ frumentariæ, & grasciæ, ac Montis Pietatis, mensæ S. Spiritus, & depositariæ urbane inservientibus, aliisque officialibus supra commemoratis, quovis modo deliquerint, omnes, & singuli iisdem pœnis cum suis complices omnino subjaceant, quæ in eisdem depositariis, arcais, exactores camerales, aliosque superius nominatos infictæ fuerint, ita ut de utrisque par iudicium feratur iisdem modis, & formis, quæ superius præscriptæ fuerint.

§. XII. **Q**uia vero zelus justitiæ, quo intus incendimur, nos monet, ut has provisiones nostras plenissimo effectu mandandas quam primum curemus, nos supradictis reis omnia subterfugia, & prætextus eripere decrevimus, quos sæpenumero iudicium criminale sagaciter declinaturi, vel rigorem penarum vitari, studiose conquirunt, mala, & falsa quarundam regularum legalium interpretatione freti, quas factis pessime aptant; propterea decernimus, & ordinamus, ne nullus, ex jam dictis depositariis, arcais, exactoribus, rationariis, syndicis, & custodibus, aliisve ex nominatis officialibus, & ministris, qui quocumque modo contrafecerint, & quacumque ex memoratis, expresse illicitis, vitis, ac criminosis actionibus commiserint, unquam possit esse, vel haberi immunis, & liber ab actione criminali, & eo minus excusari in aliqua parte delicti, neque absolvi, aut liberari à quacumque pœna sub prætextu cujusvis securitatis ab eo date pro indemnitate Camere nostræ Apostolicæ, Montis Pietatis, mensæ S. Spiritus, vel alterius loci, pique operis prædictorum. Nullo pacto etiam ei possit, aut debeat suffragari speciosum velamen administrationis, calculorum faciendorum, & rationum non redditarum, similesque emendicatæ exceptiones, & prætextus, quæ omnia frivola, levia, levissima, & nullius vis momenti esse declaramus, tamquam dolo malo delinquentium suggesta, & excogitata. Quoscumque ergo aliquis ejusmodi pecuniam in proprium, vel alienum usum, & commodum convertere ausus fuerit, vel ei solvendum curaverit, qui in Monte Pietatis, vel in mensa S. Spiritus nullam antea pecuniam vere deposuerit, inquit rei, & pecuniæ depositæ, & exactæ esse debitor deprehensus fuerit, atque impos compertus, & eorum, namquam de homine infami, ac vero latrone iudicabitur, & omnino ad dispositiones edictorum punietur, ut dictum est supra, nulla ei prædictarum, & similium dispositionum ullo pacto suffragante.

§. XIII. **S**i aliquis ex supradictis ministris, officialibus, depositariis, arcais, exactoribus, syndicis, aliisque superius nominatis debitor extiterit, inquit aliquod ex delictis jam expressis incidit, aliena pecunia deposita exacta, vel in arca servata pro arbitrio suo usus, rationario, & computorum scriptore id sciente, nec præside, & superiori patefaciente, cui ea omnia patefieri volumus; tunc rationarius, etiamsi facti consocius non fuerit, pœnis etiam corporalibus, & gravissimis, ad qualitatem, & circumstantiam facti punietur, nisi clare, & evidenter ostenderit, se rem eisdem præside, & superiori antea patefecisse.

§. XIV. **Q**uia nostra intentio fuit, & est præsentium constitutione providendi Camere nostræ Apostolicæ, & quæ omnium S. R. E. Imperio subditorum indemnitati, non tam pro factis in hac nostra alma urbe imposterum fortasse eventuris, quam pro quibuscumque malis, quæ in toto statu ecclesiastico, tam mediate, quam immediate nobis, & huic Sanctæ Sedi Apostolicæ subiecto, comprehensivæ etiam quatuor S. R. E. Legationibus Bononiæ, Ferrariæ, Romandioliæ, & Urbini, evenire possint, ideo volumus, & decernimus, ut hac eadem constitutio nostra in omnibus, & singulis suis partibus, & dispositionibus, inque omnibus, & singulis casibus, & factis in ea comprehensivis, & expressis, locum, robur, vim, & vigorem habeat, & plena executioni mandari debeat, etiam extra hanc malam urbem nostram, in omnibus civitatibus, & locis

Hh a



...cis status ecclesiastici, ita ut delinquentes in iisdem quatuor delegationibus severo iudicio iudicentur secundum leges, & dicta, quibus in iisdem legibus iudicantur, & puniuntur latrones, & ad normam, & renorem presentis nostrae constitutionis, ut decrevimus, & ordinavimus supra.

§. XV. Quandoquidem pariter nostra intentio omnino est, ut provisiones huc usque memoratae, inque hac alma urbe, nostra Camera Apostolica, Monte Pietatis, mensis publicis, locis, & operibus piis unam eandemque vim, & robur semper obtineant, culpasque, fraudes, & damna impedire debeant, quae in praedictum communitatum totius status ecclesiastici committi possunt: hinc nos in casibus, & factis congruis mandamus, & ordinamus, ut omnes, & singula dispositiones superius expressae locum habeant contra exactores, camerarios, depositarios, aliosque ministros, & officiales cujuslibet Communitatis nostrae status ecclesiastici, aliquam ex praedictis actionibus, & delictis committentes, contra nos propterea iudicari, & procedi debeat, non auditis, neque attentis frivolis exceptionibus, & praetextibus superius enumeratis, scilicet ea forma, & modo, quae contra officiales, & ministros camerales, aliosque superius nominatos praescribuntur.

§. XVI. Quamvis ordinamenta, & sanctiones praesentibus literis nostris haecenus recepta, contra delinquentes in casibus impostem eventus promulgaverimus, non ideo tamen intendimus a debitum poenis, iustisque animadversionibus eximere eos rationarios, computorum scriptores, arcarios, exactores, custodes, depositarios, syndicos, camerarios, aliosque officiales, & ministros jam enuntiatos Camerae nostrae Apostolicae, veltigalium generalium, & particularium utriusque annonae, frumentariae nimirum, & granae, Montis Pietatis, mensurarum publicarum, Datariae Apostolicae, & depositariae urbanae, & Communitatum status nostrae ecclesiasticae, qui olim quomodocumque aliquam ex supra dictis actionibus, & fraudibus commississent, de quibus facta est mentio, in omnibus, & singulis casibus expressis. Volumus enim, ut iidem ob delicta olim commissa iisdem omnino poenis puniantur, quae secundum leges communes, vel municipales, & edicta locorum, & provinciarum contra tales fraudatores, & delinquentes infligenda essent.

§. XVII. Itaque pro omnium, & singulorum praemissorum celeris, & omnimoda executione mandamus dilecto filio nostro S. R. E. Cardinali Camerario, nec non Thesaurario Generali Camerae nostrae Apostolicae, nunc & pro tempore existentibus, ut contra omnes, & singulos praedictos ministros, & officiales, qui aliquod ex memoratis delictis in damnum, & praedictum ejusdem Camerae nostrae Apostolicae, directe, vel indirecte reddundans, illorumque officia respiciens, quomodocumque, ut dictum est supra, commiserint, aut committi, & perpetrari curaverint, vel in illorum perstratione rem, & complicatam aliquam habuerint, cujuscumque conditionis, & qualitatis extiterint, videlicet, tam seculares, quam ecclesiasticos, & quomodolibet privilegiatos, aut exemptos, ad debitas in eos poenas, tam per se, quam per suos Locumtenentes, Judices, atque alios arbitrio vestram delegandos, & subdelegandos, procedant, procedite mandent, & iuxta praesentem nostram constitutionem, iustitia mediante, deveniant, & deveniri faciant.

§. XVIII. Injungimus itidem pro ulteriori praemissorum implemento, tam hujus almae urbis nostrae gubernatori, & Curiae Causarum Camerae Apostolicae generali Auditori, ceterisque urbis Judicibus, ad quos de jure spectat, quam omnibus etiam, & singulis nostris, & Sedis Apostolicae in quibuscumque provinciis, legatis, & vicelegatis, necnon quarumcumque civitatum, terrarum, oppidorum, & locorum, nobis, & eidem Sedi tam mediate, quam immediate subiectorum Gubernatoribus, Praetoribus, Capitaneis, Commissariis, & aliis quibuscumque Judicibus, quavis etiam subdelegata potestate fungentibus, ut praesentes nostras inviolabiliter in suis iudiciis observent, necesse

non contra delinquentes praedictos suae jurisdictioni subiectos, ad formam earundem praesentium omnino procedant, omnique in eisdem literis contenta plenarie executioni demandent.

§. XIX. Postremo decernimus; has literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vicio, aut intentionis nostrae defectu notari, minusque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus comprehendi, vel illis derogari nullo modo tacite, vel expresse unquam posse, nisi de illis, earumque totis tenoribus, ac datis de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, & expressio facta fuerit, aliterque factas derogationes nullius roboris, & momenti fore, & tamquam tales a nemine attendi, nec ulli suffragari posse, atque ita ut pro quoscumque Judices, tam ordinarios, quam delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, & de latere Legatos, iudicari, & definiti debere, sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & decernentes irritum, & inane quidquid secus in praemissis, & quolibet praemissorum, atque hac nostra constitutione contentorum & statutorum, vel circa ea, & quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, legibus, ac urbis, & Romanae Curiae tribunalium, aliarumque curiarum nostrae ecclesiasticae status, ac legationum praedictarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, styliis, consuetudinibus, quas, si quae forent, per praesentes revocamus, nullasque, & invalidas esse declaramus; privilegia quoque, indultis, & literis apostolicis in contrarium praemissorum forsitan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, etiam nisi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma, ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac nisi de verbo ad verbum nihil penitus omitta, & forma in illo tradita, observata, inserti forent, & praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum praesentium, illisque validis in suo robore permanens, harum serie specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. XX. Volumus autem, ut elapsis tribus respectu iudicis nostrae urbis, & quindecim diebus respectu totius praedicti status ecclesiastici, postquam praesentes valvis ecclesiae Lateranensis, & Basilicae Principis Apostolorum ejusdem urbis, & in aede Campi Florae super aliquam ex nostris Cursoribus, affixae, & publicatae fuerint, omnes, & singulos, tam in urbe, quam in toto statu ecclesiastico, & legationibus existentibus perinde obligent, & ardeant, ac si unicuique eorum personaliter, & nominatim intimatae fuissent; utque eorum transumptis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiasticae constituae munitis, eandem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae visidemmet praesentibus, si exhibita, vel ostensa essent, adhiberetur.

§. XXI. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae constitutionis, sanctionis, legis, statuti, decreti, declarationis, dispositionis, & jussionis infringere, vel ei temerario ausu, contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Apostolorum Petri & Pauli se noverit incursurum. Datum Roma apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo vigesimo nono, sexto kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno sexto. Theologus noster sic sua haec addenda incipit: Vide amice lector, quam consona sit Ferrarianae doctrinae

ca num. 16. expressa cum sana Theologia. At non est cur tantum indebitè exaggeret contra Ferrarianam doctrinam, ibi & sub aliis numeris traditam. Videat, quibus, amicus lector, quae ego ibi sub num. 12. 13. 14. & 16. trado ex doctiss. Rossignolo, uno ex primariis Theologis & consultoribus sui temporis in amplissima Mediolanensi civitate. Videat & perpendat meam expositionem in sumuario sub dict. num. 16. & quae conclusio sub eodem num. in corpore dicens: Non de facili tamen est id consulendum, & ad praxim reducendum, quum non pauca subint pericula in detrimentum mortuum & gravamen pauperum. Videat, & perpendat allatam a Theologo hic constitutionem Benedicti XIII. Jam dudum quae est 286. in ordine bullarii, in cujus sumuario sic expresse habetur: Infiguntur poenae in depositarios, ministros &c. qui alienam pecuniam sibi creditam, & depositam fraudant; de quibus fraudulentis depositariis & ministris loquitur ipsa constitutio, de quibus ego nec verbum facio, probe sciens quod fraus & dolus nemini debet patrocinari, cap. Quod universorum 8. de rerum permutatione; cap. Officii 14. de testamentis; cap. Quum dilectus 8. de religiosis domibus; cap. Audivimus 3. de collusion. Clement. dudum §. hujusmodi, de sepulturis. Videat demum & perpendat omnia & singula, & pro sua eruditione & aequitate pronuntiet. †

MORIBUNDUS.

SUMMARIUM.

- 1. MORIBUNDUS nequit licite respicere remedia ordinaria ad sanitatem.
2. Bene vero remedia extraordinaria, & nimis dura.
3. Moribundus qui petit Confessarium, licet ipso adveniente jam obmutuerit, & nulla dare possit signa Penitentiae, potest, & debet absolvi saltem sub conditione.
4. Moribundus, qui nullum Penitentiae signum dedit, nec dare potest, si ipse prius probe, & Christiane vixerit, & Sacramenta frequentaverit, probabilis potest absolvi sub conditione.
5. Moribundus a quolibet Sacerdote, & probabiliter etiam a Laico in articulo mortis absolvi potest ab excommunicatione, & interdicto personali.
6. Moribundus, si sit periculum vomitus, dari potest parva particula Eucharistiae, quae sibi macrum aliteratur non credatur; aut si de hoc ipso sit dubium, potest fieri experimentum cum particula non consecrata; quam si retineat, danda est ei consecrata: Secus non. Si autem independenter a cibo perpetuo vomat, nullo modo est ei danda sacra Communio, nisi forte per sex saltem horas liber a vomitu extiterit.
7. Moribundus puero doli capaci probabilis est dandum Viaticum, quavis nondum esset sanus ad Communionem admittens.
8. Si Moribundus sit communicandus, & desit stola, vel alba, potest in tali casu ei dari Communio sine ipsis.
9. Moribundus tenetur ex precepto divino Eucharistiam sumere per modum Viatici, & hoc etiam non sit jejunius.
10. Et licet sit jejunius, adhuc recte adhibetur formula Accipe Viaticum &c.
11. Moribundus, qui nunc communicavit sanus ex devotione, superveniente periculo, tenetur eadem die per modum Viatici communicare.
12. Moribundus post 7 vel 8 dies potest iterum dari Viaticum, etiam si non sit jejunius, dummodo nequeat jejunius sumere, & periculum mortis recurrat.
13. Moribundus, quando morbus, & periculum diu protrahitur, potest iterum post 7 vel 8 dies dari Viaticum, quavis non sit jejunius.

- 14. Moribundo dari potest, & debet Viaticum etiam in die Parasceves.
15. Si Moribundus ob tussim, vel aliam causam sumere non possit Viaticum, non debet ad illum deferri SS. Eucharistia devotionis causa.
16. Pro consecrando Viatico dando moribundo non est licitum Sacerdoti non jejuno celebrare.
17. Aliqui tamen tenent contrarium.
18. Pro Viatico dando moribundo non debet consecrari Hostia extra sacrificium etiam in necessitate.
19. Nec etiam in simili necessitate licitum est Sacerdoti laico consecrare in fermentato.
20. In defectu Sacerdotis laici potest moribundus sumere Viaticum a Sacerdote Graeco consecratum in fermentato.
21. Moribundus, si nequeat sumere Viaticum sub specie panis, an sit ei dandum sub specie vini.
22. Perpetuo amentis moribundo non est dandum Viaticum.
23. In dubio an amentes adulti utantur ratione, est eis dandum Viaticum.
24. Amentibus, qui usum rationis habuerunt, nec sciuntur amisisse illum in mortali, dandum est Viaticum.
25. Phrenetico, aut deliranti, sive ex mania, sive ex morbo, si quando alligatur, accipiat cibos, debet etiam alligato dari Viaticum.
26. Si autem sit dubium an reverenter suscepturus sit, faciendam est experimentum cum una, vel altera particula non consecrata, & si aliquam reverenter suscipiat, danda est etiam consecrata.
27. Moribundo in defectu Parochi potest dari Viaticum a quolibet Sacerdote, sive seculari, sive Regulari, & in defectu Sacerdotis etiam a Diacono; Immo secundum multos etiam a Laico, quod tamen ob contrariam consuetudinem facile non est practicandum.
28. Pro consecrando Viatico dando Regulari infirmo in domo privata consanguineorum, seu aliorum secularium, non potest ab alio Regulari erigi ibi altare portatile, & sacrum peragi, & inde Viaticum ipsi ministrari absque licentia Ordinarii, vel Parochi.
29. Moribundus, si fuerit Catholicus, & non constet esse in mortali, dandum est Sacramentum Extreme Unctionis, etiam si illud non petierit.
30. Moribundus praeter Confessionem tenetur ad alium contritionis perfectae.
31. Moribundi possunt, immo quandoque etiam tenentur contrahere matrimonium.
32. Moribundus an possit absolvi a Sacerdote excommunicato vivando, seu degradato, aut heretico? ad num. 35.
33. Moribundi ex morte naturali desicere solent in detumescencia Maris.
34. Adducitur novissima ampliatia facultas concessa Episcopis pro impetrandi benedictione Papali moribundis.
35. Affertur modus impetrandi dictam benedictionem.
36. Subnectuntur Supplementa Auctoritatis, ad num. 40.
37. Sequuntur Add. ad fin.

MORIBUNDUS nequit licite respicere remedia ordinaria ad sanitatem, quisquis enim tenetur vitae suae periclitanti mediis ordinariis optulari; Sanchez cons. 15. cap. 1. disc. 34. Busemb. & La-Croix lib. 2. num. 205. & lib. 3. part. 1. num. 769. & 775. Henno tom. 1. tract. de conscientia disp. 3. quest. ult. conclus. 3. resol. 4. & alii passim. Non tenetur autem pro vita conservanda ad remedia extraordinaria, & nimis dura, ut ad abscissionem crucis, & hujusmodi, nisi talis moribundus esset persona necessaria reipublicae, vel ecclesiae, quia tunc tenetur ratione boni communis; Layman lib. 3. tract. 3. part. 3. cap. 1. num. 5. Sanchez, Victoria, Lutt. Gobat cum Busemb. & La-Croix lib. 3. part. 1. num. 769. & 775. & alii passim. Moribundus, qui petit Confessarium, licet ipso